



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio XIV. Pandora: ubi demonstratur, quòd sanctissima Virgo sit
centrum omnium beneficiorum Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

CONSULTATIO XIV.

Pandora, ubi demonstratur, quòd Sanctissima Virgo sit centrum omnium beneficiorum Dei.



Quando imponi au-
diebam huic Con-
sultationi nomen
Pandoræ, sui pri-
mum ex eò offen-
sus, tum, quia am-
plius usus non habet, miscere sa-
era profanis, tum quia satis Chri-
stianum non videbatur admittere
fabulas inter serias & Sanctas veri-
tates, de quibus tractare usitatum
nobis erat in nostris Consultatio-
nibus.

Quid sancti-
tatis fin-
xerit de
Pandora.

Didiceram adhuc juvenis, quòd
Hesiodus in Secretâ suâ Philoso-
phiâ effinxerit quandam Virginem,
quam produxerat natura eòsque
beatam ut vehementer ab omni-
bus amaretur Dijs; ita ut quivis
illorum voluerit honorare ipsam
aliquo suo munere, unde & ipsa
evaserit tam dives & locuples sola,
quàm essent simul illi omnes.
Apollo contulit ipsi suam Musi-
cam; Mercurius suam Eloquen-
tiam; Mars suam generositatem;
Venus suam affabilitatem & artem
conciliandi sibi amorem; Miner-
va suam sapientiam; Juno suam
pulchritudinem: Omnes alij Dij

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

Deique contrulerunt ipsi etiam,
quidquid splendidum, quidquid
habebant pretiosum; & ex eo sor-
tita est nomen pandoræ, quòd
idem est, ac donum omnium
Deorum. Hoc admodum specio-
sum mihi videbatur, dum agebatur
puerum, sed postquam senui, de-
ploravi, omnia hæc Chimærarum
genera unquam in capite meo fixis-
se sedem.

Eheu! quàm deplorandum mi-
hi videtur, inter fabulas & men-
dacia educari pueros Christianos,
quos destinat Deus, ut dirigantur
per viam magnarum fidei verita-
tum, ad possessionem æternam
veritatis infinitæ, nempe Dei ip-
sius. Mittuntur ad scholas, ut ad-
discant veritatem, & deducuntur
primitis per mandacia: magnâ in
id incumbitur curâ, ut ante om-
nia addiscant fictiones Poëtarum,
falsorum amores Deorum, & om-
nia fabulosa antiquitatis somnia:
Et exin dicitur, quòd pulchris im-
buti sint literis, & ego lubens di-
cerem, quòd fœdissimis deturpa-
ti sint literis, & spurcissimis igno-
rantijs: Ante omnia expediendi

Abusus
scholarum
Christianorum,

LII

his

his forent, si obtinere cognitionem voluerint veritatis.

Quanti referat, non admittere in animum malas scientias.

Sed cheu! fallaces hæ idææ, quæ primæ ingrediuntur animum, sunt ultimæ, quæ exeant inde, cum invenerint pueri intellectum veluti tabulam rasam, peridoniam ad recipiendum omnis generis imagines, quæ cum primæ imprimantur ipsi, non solum recipiuntur cum voluptate, sed cum desiderio haud absimili illi, quod sentiunt famelici, replendi se eo, quod primum occurrexit illis. Hæ scientiæ pueriles cum ita primæ occupaverint animum, tam pertinaciter se conservant in possessione suâ, ut millenis sit opus laboribus, quibus inde expellantur: Si opus fuerat duobus vel tribus annis ad addiscendum illas, vix totum reliquum vitæ tempus sufficiet ad tumulandum illas oblivione. Quid opus est nobis addiscere ab initio, quod postea dediscendum est nobis? Nonne abundamus ignorantij & erroribus ex corruptione Nativitatis nostræ, quin advocamus illos ab extra, ut adjungamus tenebras voluntarias tenebris nostris naturalibus? Et proprius noster intellectus nonne suppeditat nobis abundè insulas ac ineptas cogitationes, absque eo, quod impleamus illum adhuc cogitationibus hisce profanis, quarum Auctores deceperunt sæcula elapsa somnijs ac fabulis suis?

Quid prodest mihi, didicisse me

fabulam pandoræ, ac dona commentitia, quibus falsi Dij affecterant ipsam? Nonne melius fuisset didicisse me ab initio magnam quandam veritatem, quam non didici nisi tardè nimis ex Lectione Sanctorum Patrum? Quod solus verus Deus, quem adoramus, elegerit sibi specialem quandam Virginem, omnium Virginum excellentissimam, imò etiam purarum omnium creaturarum perfectissimam, ut speciale faceret illum obiectum divini amoris sui, & centrum omnium donorum suorum; quod repleverit illam copiosissimis gratijs suis, quod præclarissimis favoribus suis locupletaverit ipsam, usque eò, ut contulerit ipsi supremam dignitatem propriæ Matris suæ. Quid opus erat nobis effingere legionem falsorum Deorum, ut diceremus, quemvis ipsorum soli dedisse pandoræ, quod in suo servabat thesauro pretiosissimum? Nonne veritas est magis accepta, quæ docet nos, quod, cum Deus magis amaret solam Sanctissimam Virginem, quam cæteras omnes suas creaturas, voluerit unire & congregare in ipsâ omnes perfectiones, quas juxta mensuram dispersit fuerat cæteris omnibus. Quod ideo contulerit ipsi in summo perfectionis gradu fidem Patriarcharum & spem Prophetarum, charitatem Apostolorum & constantiam Martyrum, austeritatem Confessorum & sapientiam Doctorum,

Pandoræ
fictio, cuius
Sanctissima
Virgo est
Veritas.

S. Th.
villa

rum, puritatem Virginitatis & orationem Viduarum: quod ideo conjunxit in ipsa vigilantiam Angelorum & assiduitatem Archangelorum, Constantiam Thronorum & magnanimitatem Dominationum, Excellentiam Principatum & imperium potestatum, robur invincibile virtutum, & divina lumina Cherubinorum; quidni addatur, ardentissimos amores Seraphinorum? Et super hæc omnia, nonne totum seipsum donavit ipsi in persona Filij sui Unigeniti?

Apage fabulosa Pandora, abesto procul in perpetuum è mente nostra. Sola Sanctissima Virgo in veritate plus est, quam fabulosa Pandora fuerit in imaginatione Poëtarum, & Philosophorum antiquitate. O quam longè aliter oblectat veritas ad conciliandum sibi amorem, quam mendacium! Sanctus Thomas de Villà novà prædicavit in secundo sermone de An-

nuntiatione, quod Sanctissima Virgo sit vera Pandora, dotata pulchritudine tam rarâ, ut oblectaret oculos Dei, tantisque locupletata perfectionibus, ut ipsa omniratione placuerit illi: *Hæc nostra Pandora, Deo suo placuit Virginitate, placuit puritate, placuit humilitate, placuit denique omnigenarum virtute.* Hæc imago Sanctissimæ Virginis, oblivionem nobis induxit cæterorum omnium, & fuit argumentum, quo jucundè nos occupavimus per totam sequentem Consultationem, ubi conati sumus indagare multitudinem & excellentiam donorum celestium, quibus munifica Dei manus locupletavit ipsam, ut ex ipsa dignam sibi efficeret Matrem.

Perpendamus jam abundantiam gratiarum ipsius sanctificantium in aliâ quâdam Consultatione, & in alterâ incomparabilem gratiam divinæ Maternitatis ejus: In hæc quæsimus ab initio

ARGUMENTUM.

An Sanctissima Virgo habuerit omnes gratias gratis datas in persona sua simul conjunctas?

ARTICULUS I.

Charitativus meus ductor, qui videbatur mihi quandoque Cherubim in scientiâ, quandoque Seraphim in amore, initium sermoni dedit mihi que dixit, quod ad resolvendum bene hæc quæ-

stionem, prius scire oporteat, quid intelligatur per gratias gratis datas. Verum est, inquiebat, quod omnes gratiæ, quibus Deus nos afficit, propriè loquendo, sint gratiæ gratis datæ, eoquod dentur

LII 2

nobi

nobis gratuito ex solâ bonitate Dei, cum ex nobis non debeantur, vel illas simus promeriti: nihilominus est certa quâdam species gratiæ, quæ non fert nomen gratiæ gratis datæ, quantumvis detur nobis gratuito; & est alia quâdam species gratiæ, quam appellamus gratiæ datam, quamvis non magis gratuito detur, quàm altera: Et ecce in quo constituent Theologi, differentiam inter utramque!

Quid intel-
ligatur No-
mine gra-
tiarum gra-
tis datarum.

Affirmant hi, quòd omnes gratiæ, quæ dantur nobis pro propriâ nostrâ utilitate, ut acceptos nos reddant Deo & gratos, nosque intimè uniant cum ipso, non recensentur inter gratias gratis datas, quas appellamus gratias Sanctificantes, vel gratias gratos facientes: quòdque omnes gratiæ, quæ dantur nobis pro utilitate aliorum, ad laborandum pro ipsorum salute, ad promovendum ipsorum conversionem, ad deducendum ipsos ad Deum, sint illæ, quas nuncupamus gratias gratis datas: Omnes indigent gratiâ sanctificante, ut sint Sancti, quique plus habet illius, est sanctior; sed bene haberi potest gratia gratis data, quin aliquis sit Sanctus: Imò posset aliquis habere illas omnes, & esse magnus peccator, ac cum omnibus suis gratijs gratis datis perire in æternum. Eheu! poterant hæc illi servire ad procurandum salutem plurimarum animarum, dum ipsi inutiles fuerant pro propriâ suâ sa-

lute. Videre erit ex illis in die iudicij, qui dicent: Domine nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus; ut ipse exprobrabit illis: Nescio vos: Ex eò, quòd habuerint donum miraculorum, vel donum Prophetiæ, vel alias gratias gratis datas, non fuerunt magis accepti Deo, nisi habuerint gratiam sanctificantem, sine quâ nihil salutis est, & cum quâ solâ salvati fuissent absque omnibus alijs.

Post hanc declarationem facilis Dicit potest
responsio est ad quæstionem: an quòd San-
scilicet Sanctissimâ Virgo ultra in-
gentem hanc gratiarum Sanctifi-
cantium, quibus ipsius replebatur
anima, abundantiam habuerit
etiam omnes gratias gratis datas in
suâ personâ unitas: Potest enim
dici, absolute loquendo & absque
alio Examine, quòd habuerit illas
omnes modò perfectiori, quàm
unquam habuerit aliquis Sancto-
rum, excepto JESU Christo, &
omnes Sancti simul: hoc facile
probaretur unicâ hæc, sed solidâ
ratione. Qui recipit gratias, ut
impendat illas ad salutem proxi-
morum, censetur recipere gratias
gratis datas: Jam nunquam rece-
pit aliquis gratias tam abundantes,
ad impendendum illas proximo-
rum saluti, sicut Sanctissima Vir-
go: Siquidem cum produxerit no-
bis Salvatorem totius mundi, non-
ne affirmari potest, ipsam solam
plus contribuisse ad mundi salu-
tem, quàm fecerint omnes ij,
quo-

quorum Deus in hoc uti volebat operâ? Nónne propterea gratia divinâ ipsius Maternitatis collocari possitante omnes prima, & omnium gratiarum grâs datarum velut Choriphæa & antesignana, utpote, quæ contineat omnes eminenter, omnésque excellat absque comparatione? Fortassis contentus non es, universim sic intuentis illas; descendamus igitur magis ad particularia, & inquiremus, an Sanctissima Virgo verè habuerit gratias datas, quæ resplendebant in alijs Sanctis.

Magnus Apostolus sigillatim recenset gratias grâs datas in Epistola ad Corinthios, & novem illarum observat genera, quæ divisa esse ait diversis personis ab eodem Spiritu: *Alii quidem per Spiritum datur sermo Sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu; alii gratia sanitarum, alii operatio virtutum, alii Prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.* Ecce doctrinam Magni Apostoli Sancti Pauli circa multitudinem & diversitatem gratiarum grâs datarum; sufficit accepisse à Deo earum unicam solam, vel possidere illarum duas vel tres, ut eminere credatur super alios in totâ Ecclesiâ: Sed Sanctus Thomas, quem in hoc plurimi Theologi sequuntur, pro certo tenet, Sanctissimam Virginem habuisse illas

omnes, saltem in habitu, imò etiam possedisse illas in actu, quæ non adversabantur ipsius sexui vel conditioni, quæque congruæ erant Ministerio sublimi, ad quod destinata fuerat à Deo.

Verba ab hoc Theologiae oraculo circa hoc argumentum nobis relicta merentur considerationem. Dubitandum non est, asserit nobis, quin Sanctissima Virgo accepit excellenter donum Sapientiæ, & virtutem patrândi miracula, sicut etiam spiritum prophetiæ: nihilominus non recepit usum omnium gratiarum grâs datarum; privilegium hoc est, non nisi spectans ad JESUM Christum; ipsa solum recepit illas, quæ congruebant suæ conditioni. Exempli gratiâ; Ipsa recepit usum doni Sapientiæ, ad stabilendum & confirmandum se in sublimibus suis contemplationibus; sed illius non accepit usum, ut impenderet eum ad prædicandum Sanctum Evangelium, quia hoc ipsius sexui non congruebat. Ipsa possidebat verè gratiam miraculorum, sed non habuit illorum usum, præcipuè dum JESUS CHRISTUS Sanctum prædicavit Evangelium, eòquòd congruum fuerit, ipsum solum patrare miracula ad confirmandum doctrinam suam: Et hoc reservari debebat ijs, quos mittebat ad prædicandum illam, sicut Apostolis & discipulis ipsius. Unde etiam oritur, quòd magnus Præcursor,

LII 3 San-

D. Thom.

3 p. q. 27.

art. 5. ad 3.

Quomodo
Sanctissima
Virgo ha-
buerit om-
nes gratias
grâs datas
saltem in
habitu

Sanctus Joannes Baptista nullum patrauerit miraculum, neque Sanctissima Virgo, vivente adhuc Salvatore nostro: *Ut omnes Christo intenderent*, inquit Sanctus Thomas, & non nisi aures & oculos pro JESU Christo haberent,

Habuit donum Sapientiae, & quare.

Ipsa igitur imprimis habuit, & quidem eminentissimè donum sapientiae, id est, sublimissimam cognitionem profundissimorum mysteriorum, quae fides nos tam obscure docet, velut illud Trinitatis, Incarnationis Verbi, & omnium eorum, quae impleri debebant prodigia, in tota seria Redemptionis humanae; & nunquam post JESUM Christum ullus tam profundè penetravit virtutes divinas, sicut Sanctissima Virgo. Quid profuit ipsi hoc donum Sapientiae? interrogabam Viatorem nostrum: Cum sit gratia gratis data, non erat collata ipsi pro propria sua Sanctificatione, quae etiam non indigebat, eò quòd aliunde habuerit totam plenitudinem gratiae sanctificantis, quam habere debebat: ex altera parte hæc gratia ipsi prodesse non poterat pro sanctificatione aliorum: Cum enim fuerit foemina, destinata non erat ad prædicandum Sanctum Evangelium; Et velut foeminae servandum ipsi fuerat silentium in Ecclesia, juxta regulam datam à Spiritu Sancto sexus sui confortibus per os Sancti Pauli: *Docere mulieri non permitto*: An igitur munus sibi

1. Tim. 2.
7. 12.

sumplerit instruendi mundum?

Quid dubitas, respondit mihi, cur tot tantisque cognitionibus divinis repleverit ipsam, nisi ut his totam suam illustraret Ecclesiam? JESUS & MARIA erant in Ecclesia, velut Sol & Luna in mundo materiali: Quando Sol est sub terra, Luna supplet ipsius absentiam, & nos illustrat luce ab ipso accepta. Post Ascensionem JESU Christi, qui subtraxit nobis presentiam suam visibilem, Sanctissima Virgo erat secundus Sol totius Ecclesiae; ita ut Sanctus Ignatius Martyr, Sanctus Anselmus & plures alij affirmant, ipsam instruxisse Apostolos, ipsisque plura revelasse mysteria, quae non intelligebant: *Multa Apostolis per Mariam revelabantur*. Omnibus ex locis ab ipsa requirebatur consilium circa puncta difficillima, & intelligentiam verborum ac intentionum JESU Christi, velut ab ea, quae cognitionem illorum habebat perfectissimam. Ipsa igitur erat Sapientissima & prudentissima Magistra Apostolorum, & totius Ecclesiae Catholicae, sicut eam appellat S. Anselmus: *Ecclesia & Apostolorum doctrinam, & Sapientissimam Magistratam*.

An igitur adhæres, reponebam ipsi, opinioni Abbatis Ruperti, qui credidit, quòd Sanctissima Virgo præsidem egerit Concilij Ecclesiae, quòd ab Apostolis celebratum fuit Jerolymis, sicut refertur in Actis, quod

JESUS & MARIA Sol & Luna Ecclesia.

S. Anselmi lib. de Excell. Virg. c. 7.

Idem lib. de Concept. Virg.

Rupert. Abbas.

quòdque ibi deciderit ipsa plurimas difficillimas quæstiones, quæ agitabantur circa cæremonias legales antiquæ legis? Non, respondit mihi, JESUS CHRISTUS nunquam voluit aliquam fœminam, ne quidem Sanctissimam Matrem suam, præesse Consilij Ecclesiæ suæ, nec Congregationibus publicis, neque etiam agere ipsas Pastores animarum; Et quamvis divinam suam Matrem magis amaverit omnibus simul hominibus, nunquam tamen concessit ipsi inæstimabile privilegium, vel unicâ tantum vice celebrandi Missam. Hoc bene ponderandum esset Sacerdotibus, unde humiliarent se coram Deo, & sacrum quendam conciperent horrorem ob magnitudinem ministerij & inumeris sui. O Sacerdotes! ô Sacerdotes! quàm stupendam potestatem Deus vestris consignavit manibus, producendi toties actualiter Sacratissimum suum Corpus, & pretiosissimum suum sanguinem per labia vestra? O Sacerdotes majore locupletes favore, quàm Angeli in cælo, excellentiore divites privilegio, certâ quâdam ratione, quàm Virgo Sanctissima! an unquam seriò ponderastis animo concessum vobis potestatis portentum ac prodigium? Vos quid amplius potestis, quàm propterea Mater Dei, cui non nisi semet concessa fuerat facultas producendi eum in totâ vitâ suâ. O Sacerdotes! tertîâ hoc vobis dico

vice, qui ergò & quales estis vos! si bene cognosceretis vosmet ipsos, intueri non possitis vos, nisi percussis tremore.

Credebam hunc Spiritus fervorem longius adhuc abrepturum meum Raphaëlem; hinc revocavi ipsum ad nostrum argumentum, & interpellando ipsum interrogavi: Ad quod igitur utebatur Sanctissima Virgo gratijs gratuitis sibi concessis, si caruit potestate tum instruendi publicè, sicut Apostoli, tum præsidendi Concilij, sicuti præfules? Instruebat ipsa magis ijs omnibus, respondit mihi, & etiam plura ijs omnibus decidit, sed in congressibus particularibus: nemo unquam accessit ipsam, quem non dimiserit magis illuminatum in cognitione Dei: & dein donum Sapientiæ mirificè profuit ipsi ad fovendam & nutriendam contemplationem suam continuam; ipsa fidus erat, nunquam Ecclipsatum, sed semper illustratum, semperque illustrans, recipiens continuò lumen à divino suo sole, idque effundens denuò in mundum per exempla & verba sua. Abbas Rupertus dicit, Sanctos Apostolos semper respexisse eam velut oraculum suum, quamdiu auspiciatâ potiti sunt sorte fruendi præsentia ipsius in terris: Et licet ipsimet toti repleti fuerint Spiritu Sancto, eò quòd ipsimet extiterint oracula mundi, consulebant tamen Sanctissimam Virginem, quasi reperissent

Ipsa magis instruebat Ecclesiam, quàm omnes Apostoli, sed privatim.

Rupertus lib. 2. de gloria Filii Hominis,

Consideratio magni ponderis pro Sacerdotibus,

iffent in ipsa vivam Commentarium, & interpretatricem fidelissimam omnium verborum Sancti Evangelii: *In multis subobscuris arcanis mentes Apostolorum illuminavit.* Et quis dubitet, quin, cum ipsa sola habuerit curam induendi Verbum æternum carne mortali, ut redderet illud visibile oculis nostris, etiam plurimum contulerit ad induendum illud voce sensibili, in ore Apostolorum, ut redderetur intelligibile auribus omnium mortalium?

Cur prædicatores dicant semper Ave MARIA in principio sermonis,

Nonne etiamnum hodie videmus, quod omnes Prædicatores, qui exercent munus Apostolorum in annuntiatione Sancti Evangelij confugiant ad ipsam velut ad Sapientissimam Explanatricem divinorum Oraculorum, quando explicare hæc volunt hominibus, recitentque semper Ave MARIA in principio sermonum suorum, illudque recitare secum faciant totam audientium coronam. Quot & quantos Ecclesia habuit celeberrimos Doctores, ac Prædicatores maximos, quos Sanctissima debet Virgini? Quis ignorat, quod Albertus Magnus, verè magnus in scientiâ & pietate, suam ex unico dono Sanctissimæ Virginis habuerit scientiam? Quis nescit, quod Rupertus Abbas, qui in juventute suâ fuit ingenij tam rudis, tamque tardi, ut nihil capere potuerit nec in scientiâ, nec intelligentiâ sacræ Scripturæ, evaserit in Do-

ctorem sui sæculi maximum, & admirationi fuerit & futurus sit sæculis sequentibus ex munere Virginis Sanctissimæ? Quem lætet, quod Bernardinus Senensis, qui impeditam habebat linguam ex naturali & notabili quodam defectu gutturis, ob quem à prædicandi munere detinebatur, factus sit inter prædicatores Oraculum, & maximum Ordinis Seraphici jubar? Et hoc ex singulari Sanctissimæ Virginis favore, quæ supplicantis vota benignè audiens, sublato mox impedimento, summâ exornavit ipsum facundiâ? insuper tam divinâ ipsum replevit cognitione & scientiâ, ut ipsam adhuc admiremur in ijs, quæ exarata nobis reliquit, voluminibus? Nunquam attingerem metam, si ostendere vellem omnes faculas, quas in Ecclesiâ accendit ipsa, cuncta per sacula.

Sanctus Bonaventura aspiciebat ipsam veluti unam ex lampadibus, quæ dies noctesque coram Venerabili Sacramento servantur accensæ, nunquam desinunt illustrare Ecclesiam. Et sicut ex his lampadibus mutuatur & accipitur lumen, quando accendendi sunt cerei, ad celebrandum divina mysteria, ita etiam ex Virgine Sanctissima, tota Ecclesiâ Christiana, sua recipit lumina, suasque cognitiones: Deus servat illam in domo suâ velut facem semper accensam, cujus nunquam extinguatur ignis, ad illuminandam

Ipsa deit
plures in-
fignos Præ-
dicatores &
Doctores
Ecclesie.

Cassiodorus

Jacobus Voragine in vita Sædoris

Lamp prodigiosa

D. Bonaventura in spec. B. V.

Ludo Vives cap. 22. c. Dei,

minandum & calefaciendum omnes suos domesticos usque ad consummationem sæculorum, ipsa est lucerna Ecclesie, ad hoc destinata à Deo.

Cassiodorus.

Cassiodorus libro de institutione Monachorum facit mentionem de certâ quâdam lampade, quam ipsemet invenerat, quæque semel accensa nunquam amplius exstinguebatur, quin opus esset ullam ipsi adjicere deinceps manum, vel ipsam aliquo conservare alimento. Et in vita Sancti Isidori observatum est, quod illustris hic Episcopus Hispalensis duas lampades accensas servaverit in domo suâ, quarum ignis nunquam consumebat materiam pro alimento destinata: quando mortuus est, hæc duæ lampades inclusæ sunt cum ipsius Corpore in sepulchro, una ad caput, altera ad pedes, & post aliquot centenos annos, ubi aperta fuit ipsius tumba, ad transfereandum sacrum ejus Corpus ex Hispali in locum alium, inventæ sunt ambæ adhuc accensæ. Doctus Commentator librorum S. Augustini de civitate Dei exaravit aliquid magis adhuc stupendum; quod nempe apertum fuerit antiquissimum aliquod monumentum, in quo inventa fuerit accensa lampas, quodque ex inscriptione illic insculptâ supputatum fuerit, illam jam aruisse annis mille quingentis, quodque mox ubi contacta fuit, non solum fuerit constata, sed etiam in minutissimum redacta pul-

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

verem in manibus eorum, qui ipsam apprehendere voluerunt.

Omnia hæc sanè videntur stupenda, sed non ita, ut vel à longè accedant ad Lampadem omninò prodigiosam Sanctæ Ecclesie, de qua hic loquimur, quæ Virgo est Sanctissima. Si aspicias, quo lumine resalgeat, circumfert ipsa in sinu suo illum, qui dicit: Ego sum lux mundi: Si attendas, cui bono suam circumferat lumen; videbis, quod non solum ad illustrandum aliquam tumbam vel domum, sed illustrandum totam Ecclesiam Catholicam in universo orbe. Si quæras, quamdiu perseverat accensa, ita, ut non exstinguatur, hoc non est per aliquos duntaxat annos aut sæcula, cunctis illa ardebit sæculis, suumque conservabit lumen in omnem æternitatem. O Lampas lucens & ardens, quam tota Ecclesia cum fiduciâ aspicit & reverentiâ, & tu nos aspice cum pietate ac benevolentia; dissipa nostrarum tenebras ignorantiarum, nobisque impertite cognitionem veritatis primæ, quæ est Filius tuus JESUS Christus; illumina nostras animas, ut cognoscamus ipsius pulchritudinem, quam cognitam impossibile est non amare.

Adverto tardè nimis, prosequitur viator noster, hanc lampadem deduxisse nos longius, quam putaveram; nihilominus à recto nos non abduxit tramite: Siquidem in

Sanctissima Virgo lumine stupenda est Lampas.

Sanctissima Virgo habuit donum sapientie, & interpretis.

M m m solo

tientis scri-
pturarum.

solo dono Sapientiae aspeximus
magnam partem gratiarum gratu-
tarum Sanctissimae Virginis, nimi-
rum & illam scientiae, & illam in-
terpretationis scripturarum, quas
intelligebat melius cunctis Docto-
ribus Ecclesiae, Omnes haec tres
gratiae gratuita, sapientia, scien-
tia, & intelligentia scripturarum,

complectuntur in se cognitionem,
ipsarum cognitiones tam bene inter
se concordant, ut quando sibi in-
vicem occurrunt, non constituent
nisi unicum. Congruum erat de
tribus his gratijs ad cognitionem
spectantibus nonnisi unum confi-
cere sermonem. Loquamur de alijs
magis distincte.

ARGUMENTUM.

*De dono fidei, de virtute miraculorum, de pro-
phetia & alijs gratijs gratuitis Sanctissimae Virginis.*

ARTICULUS II.

Timeo, dicebam praecipuan-
do ipsum, ne adhuc dictu-
rus sis mihi, omnes alias
gratias pari ratione inter se concor-
dare, sicut omnes memoratae cog-
nitiones, adeoque confusus sis
illas inter se, ita ut videam illas
omnes, nullam tamen ex ijs cog-
noscam. Exoptarem aspicere illas
separatas ab invicem: permittite, ut
ipsemet proponam tibi illas succes-
sive, & unam post alteram.

In primis quid intelligis per do-
num fidei? Estne haec virtus Theo-
logica, quae datur nobis ad creden-
dum omnia Religionis Christianae
mysteria? Non, inquit mihi, haec
non est gratia gratis data, eo quod
absolue sit necessaria pro salute il-
lius, qui accepit illam: Estne er-
go, reponebam ipsi, fides miracu-
lorum, de qua loquitur nobis JE-
SUS Christus in Evangelio Sancti

Matthaei: *Si habueritis fidem, sicut Matth. 17.
cuius granum sinapis, dicetis monti 7. 19.
huic; transi hinc illuc, & transi-
bis?* Non, respondit mihi: *Ve.* Quid sit
proprie do-
num fidei.
rum est, quod virtus faciendi mi-
racula sit gratia gratis data, sed ipsa
praecise non est donum fidei. In
quo igitur, dicebam ipsi, credis
consistere illam? Sanctus Thomas,
respondit mihi Viator noster, do-
cet, ipsam speciale esse donum
persuadendi facile veritates fidei,
supponens, quod aliquis jam fir-
miter sit ipsemet persuasus circa il-
las; & esse gratiam, quam Deus
effundat super labia praedicatorum,
quam abundanter omnibus contu-
lit Apostolis, quando misit illos
praedicare Evangelium in universo
mundo. Hinc est, ipsos tam po-
tentes existisse, ad convertendum
civitates, provincias & regna ad fi-
dem; conferebant facile fidem,
quia

Sanctissima
Virgo ha-
buit donum
fidei.

quia habebant donum fidei. An inquis, replicabam ipsi, Sanctissimam Virginem habuisse hoc donum, cum ipsa destinata non fuerit ad prædicandum Evangelium sicut Apostoli? procul dubio id habuit, & in gradu perfectioni, quam omnes Apostoli. Si quidem abs eo, quod nimium innotatur pie opinioni eorum, qui tenent, ipsam quantocyus ad fidem convertisse omnes eos, quibus cum privatim conversabatur, nonne evidentem hujus habemus probationem in Evangelio, quando obtinuit à JESU CHRISTO primum miraculum, quod publicè fecit in favorem invitatorum ad nuptias in Canâ Galilææ? Nonne demonstravit ipsa firmitatem fidei, quando, dum videbatur aliquantisper passâ repulsam à Salvatore nostro, dicente: *Quid mihi & tibi est Mulier?* firmiter nihilominus credidit, ipsum facturum peti- tum à se miraculum. Et quod magis adhuc ostendit, habuisse ipsam donum fidei, & facilitatem persuadendi illam alijs; ubi primum dixit ministris, conspicendum ab illis miraculum, modò facerent, quæ JESUS dixerit illis, quantocyus persuasit ipsis, ut crederent, fidemque ipso facto adhiberent, tametsi nullam ipsius aspicerent vel verisimilitudinem, vel apparentiam. Abundè est pro hoc puncto, dicebam ipsi.

AN HABUIT ETIAM DONUM MIRA-

culorum? Ne mireris, me tibi hanc proponere quæstionem: Nonne bene, totam repleti Ecclesiam miraculis Sanctissimæ Virginis; novi nec regnum esse, nec provinciam in toto orbe Christiano, ubi non plures extant Ecclesie, pluraque sacella, quæ evaserint celeberrima ex innumerabili miraculorum ibi factorum, quæque indies adhuc in illis sunt, multitudi- ne; sed hæc omnia non probarent, habuisse ipsam donum miraculo- rum tempore vitæ suæ, eòquod omnia facta sint post ipsius in cæ- los Assumptionem: Quæstio est, an vetè habuerit donum miracu- lorum, dum vivebat in terris.

Verum est, respondit mihi, quod Sacra Scriptura non observa- verit, ipsam fecisse aliquod mira- culum, non magis Joanne Bapti- stâ, si excipias miraculorum om- nium miraculum maximum, quod est, quod pepererit permanens Virgo, nobisque dederit Salvato- rem mundi: Et videtur etiam, si- cut tibi paulò antè dixi, quod S. Thomas teneat, congruum non fuisse, ut aliquod faceret, viven- te adhuc Salvatore, quatenus Om- nipotentia Dei resplenderet in ipso solo, & in ijs, quos mittebat suam prædicatum doctrinam in mundo: Ut omnes CHRISTO intenderent. Verùm licet is non credat, quod habuerit usum doni miraculorum, tamen non negat, quod ipsummet hoc donum habuerit, nec etiam,

Mmm 2 quod

Sanctissima Vir-
go habuerit
donum mi-
raculorum.

3. Damas-
scenus
serm. 1. de
Nativ. V. B.

Est incertū
an Sanctis-
sima Virgo
patraverit
miracula in
vitā suā.

Sanctissima
Virgo ha-
buit donū
Prophetiæ.

quod habuerit illius usum post A-
scensionem Domini nostri. San-
ctus Damascenus vocat ipsam, *Mi-
raculorum abyssum*: Et Metaphra-
stes describens ipsius vitam, dicit,
quod mox post mortem ipsius vi-
dere fuerit tantam miraculorum
multitudinem circa factum Corpus
ipsius, ut enarrari omnia non pos-
sent. Quod autem attinet qua-
sitionem, an patraverit aliquod mi-
raculum tempore vitæ suæ, de hoc
certi non sumus. Aliqui valde pro-
babiliter credunt, ipsam talia pa-
trasse tempore infantiae JESU
CHRISTI, potissimum cum iter a-
geret in Ægyptum, & adhuc ma-
gis post Ascensionem ipsius in cœ-
lum, ad confirmandam fidem,
quam Apostoli prædicabant, &
stabiliendam nascentem Ecclesiam;
sed potius hæc piæ sunt opiniones,
quàm certæ ac solidæ veritates.

Et quantum ad donum prophe-
tiæ, reposui ipsi; an certum est,
Sanctissimam Virginem id habuisse?
dubitari de eò non potest, re-
spondit mihi, cum tota Ecclesia
videat & admiretur prophetiam de
seipsa factam in Cantico magnifi-
cat, quod modulabatur cum ma-
ximo cordis sui jubilo, dum co-
gnatæ suæ Elisabeth impendebat
Visitationem: Intuita est ipsa ibi
in Spiritu omnes honores impen-
dendos sibi ab Angelis & homini-
bus, in cœlo & in terrâ usque ad
consummationem sæculorum,
quod propriè appellatur prophe-

tia, aspicere res à longe, antea
quàm fuerint factæ. Vaticinata est
ipsa, quod omnes nationes per u-
niversum orbem dispersæ; & om-
nes generationes hominum cun-
ctis futuris sæculis sibi succedentes,
beatam prædicaturæ sint se ob su-
pereminentem Matris Dei, quam
possidebat, dignitatem: *Ex hoc
beatam me dicent omnes generatio-
nes*; Et semper videre fuit, sem-
perque erit ad impletionem vati-
cini hujus circa honores, in om-
nibus locis, & ab omni generis
personis ipsi impensos & impen-
dendos.

Siquidem res mira est, intueri,
quod Deus extrahere voluerit San-
ctissimæ laudes Virginis ex ore
propterea omnium, non solum San-
ctorum, sed etiam peccatorum;
non solum Catholicorum, sed et-
iam Hæreticorum; non solum fi-
delium, sed etiam infidelium &
Idololatrarum, Turcarum & Barba-
rorum: Maximi inimici Dei, ini-
mici non sunt Sanctissimæ Matris
ipsius; & dæmones ipsi, quamvis
oderint eam, quantum oderunt
Deum, nihilominus quando loqui
coguntur virtute Exorcismorum,
& impendere debitos ipsi honores,
dicunt tam sublimia, tamque stu-
penda de ipsa, ut in stuporem
quoque adducant audientium ani-
mos. Plures boni Auctores ad-
modum fusè recensuerunt elogia
præcipua, quibus exornarunt ip-
sam omnes Sibyllæ inter Paganos,
plures

Magister
phæcia Sa-
ctissimæ
Virginis
impletur
adhuc que-
ritur.

plures Rabini inter Judæos; Alcoranus Mahometi inter Turcas, plures Hæretici inter Christianos, & universim omnes Catholici, quamcunque mundi incoluerint partem; sicque videre semper fuit ad impletionem hujus vaticinij: *Ex hoc beatam nos dicent omnes generationes.* Quis igitur dubitet, quin habuerit donum prophetiæ?

Consentio & hic, dicebam ipsi, nōsse ergo mihi restat, an etiam habuerit alias gratias gratis datas, velut donum linguarum, discretionem Spirituum? Nimiū acceleras, respondit mihi Viator noster, ne confundas utrumque, hæ duæ gratiæ sunt non parū diversæ. Loquamur inprimis de discretionem Spirituum; sed nescio, an satis intelligas, in quo consistat hæc gratia. Existimo, dicebam ipsi illam esse certam quandam acrimoniam intellectūs, quæ facile penetrat & detegat cor eorum, qui loquuntur nobis; esse quandam intelligentiam & sapientiam, quæ discernere nos faciat, quo Spiritu ipsi impellantur, vel quænam sit ipsorum intentio. Invenite est, qui mox eos cognoscent, in quos incidunt, vel ex ipsorum verbis, vel ex ipsorum agendi methodo, vel ex ipsorum tum oris, tum corporis habitu ac gestu; sunt, quibus hæc in parte stupenda est prudentia ac discretio. Sed crederem hanc potius talentum & donum esse naturale, quam gratiam gratis datam.

Verum est, fatebarur mihi, non enim in hoc consistit discretio Spirituum; Est autem hæc certa quædam prudentia Christiana, quæ nulli subjacet deceptioni nec per fraudes hominum, nec per vim tentationum, nec per illusiones demonum, nec per hypocrisis hæreticorum, nec per falsas apparentias simulatarum virtutum: Est ipsa quædam lux, quæ detegit & ostendit simulationem mendacij, illamque dissipat velut sol nubes, & manifestat occultissimam, ac latentem in cordis abdito veritatem: Est ipsa certa quædam participatio sapientiæ infinitæ Dei, quæ sola perfectè cognoscit arcana cordium: *Ipsè enim novit abscondita Cordis.* Mediante hoc dono plures Sancti viderunt peccata occultissima, quæ abdita servabat nonnullorum conscientia, qui nec ipsi illorum habebant cognitionem, illōsque adhortati sunt, ut illa per confessionem exponerent luci: mediante hæc gratiā discretionis Spirituum cognovit Propheta Ahias uxorem Jeroboam, quæ consulto se aliam simulaverat, ut consuleret ipsum circa infirmitatem filij sui: Propheeta hic, cui jam ultima Senectus extinxerat lumen oculorum, cum intrare nonneminem audiret in suum cubile: *Ingrederè, inquit illi, uxor Jeroboam, quare aliam te esse simulas? Ego autem Misus sum ad te durus Nuntius: Revertere, ingrediente te civitatem,*

M m m 3

filius

In quo consistat donū discretionis Spirituum.

3, Reg. 24
v. 6,

Exempla eorum, qui clatuerunt hoc dono.

Filius tuus egredietur è vitâ: Mediantè eâdem hâc gratiâ gratis datâ plures Sancti cognoverunt fraudes sese decipere volentium. Totila Rex Gothorum decipere voluit S. Benedictum, mittens ei suum Spatharium regio ornato & comitatu instructum, qui se Regem simularet: Quem ut Sanctus Vir vidit; deponere, inquit, Fili, deponere quod geris, nam tuum non est; tu simplex es subditus, & non es Rex. Millena ejusmodi exempla occurrent in Vita Sanctorum.

Jam universalis est regula approbata ab omnibus Theologis, quòd nullam gratiarum, quas concessit Deus ulli servorum suorum, denegaverit propriæ Matri suæ: mihi ergò dicere sufficeret pro omni ratione. Gratia discretionis spirituum collata fuit pluribus Sanctis, infallibiliter ergò concessa quoque est Sanctissimæ Virgini. Quis unquam vidit illius usum magis certum, & in occasione majoris ponderis ac momenti, quàm illum, quem exhibuit, quando Angelus salutavit ipsam, ipsique ex jussu Dei annuntiavit, quòd esset futura Mater Filij Altissimi? Quævis alia, quæ caruisset gratiâ discretionis spirituum, nonne credidisset, hunc nuntium esse Dæmonem, transfiguratum in Angelum lucis? Nonne sibi persuasisset, ipsum esse tentatorem, audiens eum sibi dicentem, futuram se Matrem voto Virginitatis obstrictam; Et quidem Ma-

Sanctissima Virgo habuit donum discretionis spirituum.

trêm Dei, quæ abjectissimam se existimabat creaturarum: Verùm habuit ipsa gratiam discretionis spirituum, vi cuius impulsa fuit ad faciendum parvam reflexionem super verba hujus nuntij: *Cogitabat, qualis esset ipsa saluatio; Et cognovit, ipsum esse Angelum Domini; vidit etiam clarè juxta opinionem aliquorum Sanctorum Patrum, essentiam & substantiam spiritualem Angeli, sub velo corporis peregrini, quæ indutam videbat ipsam: habuit igitur in veritate gratiam discretionis spirituum, & habuit in altiori perfectionis gradu, quàm unquam aliquis habuerit post JESUM Christum.*

Credebam, dixi interpellans Viatorem nostrum, te non dicturum, quòd Sanctissima Virgo habuerit illam alteram gratiam gratis datam, quam refervisti pro ultima, quæ est donum linguarum: tantum enim abest, ut hæc gratia necessaria fuerit ipsius sexui, qui destinatus non est nec ad prædicandum, nec ad docendum fidem, ut contrarium, nempe donum silentij magis necessarium fuerit ipsi: Sanctus Paulus nonne potissimum recommendat scemini custodiam silentij? *Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui: Hæc est prohibitio non solum manifesta, sed etiam congeminata, ut mulieres taceant in Ecclesiis, nec permillum sit illis ibi loqui. Verum est, respondet mihi,*

Abbas Hieronymus in Epistola ad Galatas.

Albertus Magnus in Summa Theologiae, 2^a 2^e q. 170. D. Augustinus in Epistola ad Romanos, cap. 16.

An habuerit
donum lin-
guarum.

hi, quod ipsemet S. Thomas hinc super re reservaverit silentium, & non definièrit, an Sanctissima Virgo habuerit, vel non habuerit donum linguarum: Ex unâ parte videre est in Evangelio, ipsam paucissimè & paucissima fuisse locutam, nec ullum habeamus testimonium, quod unquam fuerit usâ alio, quàm nativò suo idioma te; ex alterâ parte, quia credendum non est, quod Deus denegaverit ipsi unicam gratiarum, quam concessit alijs Sanctis, videtur summè credibile, ipsam habuisse donum linguarum non minùs, quàm habuerint Apostoli, saltè, quantum ad habitum & potentiam loquendi cuncta idiomiata, sicut ipsi, si illo indigniffet. Hæc probabilitas, quam S. Thomas & alij ipsam sequentes observârunt utrinque, continuit ipsos in tam modesto silentio, ut nihil hæc super re voluerint decidere.

Albertus
Magnus in
Meriali
cap. 155.

D. Aar-
on q. 4.
sum. c. 19
parag. 8.

Nihilominus aliorum quorundam zelus, velut Alberti Magni, & Sancti Antonini, impulit ipsos ulterius, ut velut certum reliquerint exaratum nobis, ipsam habuisse donum linguarum non minùs, quàm Apostolos non solum quantum ad habitum, sed etiam, quantum ad usum, hæcque gratiam necessariam ipsi fuisse in pluribus eventibus: Exempli gratia, quando venerunt Magi ab Oriente adoraturi infantem JESUM in præsepio, nonne necessarium erat

intelligere ipsam illorum idioma. Et similiter respondere ipsis posse?

Quando fugit in Ægyptum, & ibi commorata est septem annis, juxta communioem opinionem, ut eriperet divinum Filium suum à persecutione Herodis, nonne opus fuit ipsam nôsse & loqui idioma illius Regionis? Et dein nonne credibile est, quod ab Ascensione Salvatoris nostri, quando fides Christiana incrementum sumpsit in Regionibus magis remotis, plures à longinquo venerint visuri & honoraturi Sanctissimam Virginem? Insuper nonne verisimillimum est, quod, quando illi, qui reverebantur ipsam velut propriam Matrem Filij Dei, audiebant, Matrem Dei Hominis, quem adorabant, vivere adhuc superstitem in terris, ipsamque coeleste quoddam esse prodigium, sicut nuncupabant ipsam S. Ignatius Martyr, & S. Dionysius Areopagita; nonne inquam, verisimillimum est, quod plurimi principaliorum, magis spiritualium è remotissimis advenirent regionibus, beatos reddituri suos oculos ex aspectu magni hujus prodigij, suasque oblectaturi aures, percipiendo ex ore ipsius divina oracula? Et tunc certissimum est, quod usus doni linguarum ipsi fuerit necessarius, tum ad loquendum illis, tum ad ipsos suscultandum.

Quidquid de hoc sit, nunquam non inhærendam est certæ huic doctri-

Sanctissima
Virgo ha-
buit donum
linguarum,
etiam,
quantum
ad usum.

Sanctissima
Virgo est
centrum u-
niversale
omnium
creaturarum
Dei.

Elevatio
mentis ad
sanctissimam
Virginem.

doctrinæ, quod Mater hæc admirabilis sit centrum omnium beneficiorum Dei: quod, cum elegerit Deus castissimum ipsius uterum, ad deponendum ibi thesaurum, in quo sunt omnes divitiæ; *in quo sunt omnes thesauri*, fecerit etiam ipsam locupletam depositariam omnium gratiarum suarum, ita ut nec ulla ipsi defuerit earum omnium, quas recipiendi habebat capacitate. Non igitur amplius æstimanda est fabulosa Pandora, admirari oportet Sanctissimam Virginem, velut magnum donum omnium donorum Dei: dicendum est igitur cum devotissimo Cancellario Universitatis Parisiensis, Sapientissimo Gersono, quod ipsa sola specialem constituat Hierarchiam, inferiorem Deo, & superiorem omni eò, quod Deus non est. Afferendum est ergo, nihil esse, quod æquale sit ipsi, siquidem omne, quod non est ipsa, vel plus, vel minus est ipsa, ut unicuique solùm ens supergreditur ipsam, quod est ens infinitum, Deus; cætera omnia entia longè sunt infra ipsam; innumerabilis enim multitudo creaturarum actualium, & multò major earum, quæ creati possent ab Omnipotenti brachio Dei, non exæquant ipsam.

O divina MARIA, quis creatus intellectus effingere sibi posset imaginem excellentiarum tuarum? Sublimissimi in cælo Cherubini, qui omnium maximè sunt illumi-

nati, comprehendere illas non possunt: Ausim ego interrogare te cum reverentiâ; an ipsamet bene comprehendis illas? an comprehendis bene omnes perfectiones, omnesque magnificentias, quibus Dei liberalitas te locupletavit? Nonne & ipsa admirari illas debes, & confiteri, non nisi Deum solùm perfectè cognoscere illas? O amabilissima Mater Dei! Omnes Chori tum Angelorum, tum hominum simul an efformare cor possent, quod quantum es amabilis, te possit amare? Non, credo non nisi Deum solùm te posse amare, quantum meritis. O Mater misericordiæ! ô refugium pauperum peccatorum! an committi possit excessus in devotione erga te nimia? an mercamur redargutionem, quod nimium revereamur, nimium diligamus te? an dici possit, nos nimium ad te confugere, nimium in te confidere, aspiciendo te velut Matrem Salvatoris nostri, quam ipsemet persecutus est tantâ reverentiâ, tantòque amore, ad quam toties confugit, in quâ tantum confidit? Veni Seraphice Sancte Bonaventura, dic nobis, & fac nos dicere tecum, tanto cum zelo, tantòque cum spiritus fervore: *O Magna, ô pia, ô multum laudabilis Virgo MARIA! nec nominari potes, quin accendas, nec cogitari, quin recrees affectus diligentium te, tu nunquam sine delectatione tibi divini-*

Benitas
cellarid
commu
cat, fa
que id
do adm
bili.

s. Bon.
veat.

ind

tus inſeã memoria portas ingre-
ris. O beatos & centies beatos
illos, qui ſingulari in Virginem

Sanctiſſimam feruntur devotione.
Ecce tibi hujus rationem.

ARGUMENTUM.

*DEUS efficiens Virginem centrum donorum ſuo-
rum fecit illam quoque noſtra felicitatis fontem.*

ARTICULUS III.

OMnia facit & poteſt bonitas, unico excepto, & eſt, quod manere non poſſit ſecum, volo dicere, quod continere ſe non poſſit, quin ſe communi- cat; & quanto major eſt bonitas, minus cohibere poteſt munificentias & liberalitates ſuas; neceſſariò effundere ſe debet, ſeque communicare, quaſi ſuſſistere non poſſet, niſi ſua alijs ſubveniret abundantia. Aspice bonitatem infinitam, quæ eſt in Deo Patre, velut in ſua origine; hæc nec unico eſſe poteſt momento, quin ſe totam integram effundat in Filium; ipſa nunquam inceperat, & nunquam etiam finiet divinam hanc munificentiam: Quandoquidem autem ipſa eſt eadem in Filio, quæ in Patre, & eandem habet inclinationem, eundemque ſe effundendi neceſſitatem, hinc iterum ſe communicat totam integram Spiritui Sancto; cum quoque tota integra ſit in Spiritu Sancto, adhuc & ulterius ſe communicare deſiderat; ſed quia divina alicui perſonæ ſe amplius communicare non poteſt,

R. P. Iſaac Conſulſat. Tom. III.

effundit ſe in perſonam, quæ ad divinas accedit propius; & eſt Virgo Sanctiſſima, quam replet omni gratiarum ſuarum abundantia, ipſamque virtute ſua infinita tam reddit fecundam, ut ipſa producat perſonam quandam divinam in natura humana: tandem eadem bonitas in Sanctiſſimã Virgine recepta, fecundus evadit fons infinitorum bonorum, quæ in totam effunduntur Eccleſiam.

Jucundiſſimus aſpectu erat fons, quem à mundi creatione poſuit Deus in medio Paradifi terreſtris. Uſitatum eſt aquis diffluere in imum, ſequendo molem ponderis ſui naturalis; ſed aquæ hujus fontis aſcendebant in altum, juxta atteſtationem ſacri textus: *Fons aſcendebat de terra*; cumque abundanter & magno cum impetu ac ardore è ſuo egrederetur ſinu, diviſit ſe non in quatuor parvos rivus, ſed in quatuor magna flumina, quæ cum diverſos artiperent curſus, irrigabant non ſolum regiones vicinas, ſed omnem omninò terram: *Irrigabat omnem faciem terræ*;

N n n

cum

Bonitas neceſſariò ſe communicat, facitque id modo admirabili.

S. Boni-
vcal.

Gen. 2. v. 6.

Fons paradifi terreſtris diviſus in quatuor flumina.

S. Hierony-
mus in
hunc loc.

cūq; ferret secum suavem quem-
dam algorem, conferebat ipsi fec-
cunditatem ad progignendam hanc
herbarum fructuum multitudinem,
quibus cuncta pascit & nutrit ani-
malia. Sanctus Hieronymus affir-
mat, hunc paradysum repræsentare
Ecclesiam Christianam, & San-
ctissimam Virginem esse fontem,
quem collocaverit Deus in illius
medio velut scaturiginem, unde
deducat magna quatuor gratiarum
flumina, quibus irriget totum Ec-
clesiæ paradysum. Nomina qua-
tuor horum fluminum annotantur
in Sacra Scripturâ, nobisque opti-
mè designant quatuor præcipuas
gratias, quæ dimanant è sinu Vir-
gineo admirabilis Matris, ut se dif-
fundant in totum hunc mundum
inferiorem.

Flumen primum nuncupatur
Phison, id est, *auri ferax*, produ-
cens aurum. Sed quid intelligi-
tur per verum aurum, quod ita
commendatur à Sacra Scripturâ,
nobis suadente, ut illud amarus,
quancunq; nobis steterit, ut de-
mus omnia, quæ habemus vel ha-
bere possumus ad comparandum
nobis hoc aurum? quid inquam
per hoc intelligitur, nisi Sacer a-
mor, charitas sancta, gratia sancti-
ficans, quæ idem omninò sunt?
Sed sapiens nobis dicit: si dederit
homo omnem substantiam suam
pro dilectione, quali nihil despi-
ciet eam: hoc est, quòd si dederi-
mus omnia mundi bona, absque

ullâ Exceptione, pro illâ, nihil ta-
men foret, quòd esse posset pre-
tium possessionis minimæ hujus au-
ri. Nihilominus vel illud com-
parandum est nobis, vel in æter-
num pereundum. In quàm mis-
rabili statu foret mundus, si non
irrigeretur aquis fluminis *Phison*,
quæ omnes sunt ex puro hoc auro;
vide, quòmodo diffundat illas in
universum orbem, illasque grati-
tò offerat hauriendas mortalibus
universis. O divitias inestimabi-
les hujus fluminis! sine quo totus
mundus infelix foret, & cum quo
omnes, qui haurire ex illo nove-
rant, beatos se reddunt ac felices.
O amplitudinem & longitudinem
prodigiosam hujus fluminis! qui
se dividit in tot brachia, totque ca-
nales diversos, quot habemus Sa-
cramenta, quòtque sanctarum vir-
tutum exercitia in Religione Chri-
stianâ, per quæ omnia haurire pos-
sumus gratiam Sanctificantem om-
ni tempore, & omni loco, quan-
do navamus illis operam cum fide-
litate & bonâ dispositione.

Sed quinam est fons, qui dedu-
cit hoc flumen è sinu suo, ut illud
det nobis, nosque ipsius locuple-
tet aquis? probè novimus, hunc
esse JESUM CHRISTUM, qui prin-
cipium est omnium gratiarum san-
ctificantium, & salutem non esse,
nisi in illo & per illum: *Et non est
in aliquo alio salus; sed hic JESUS
Christus, qui est Deus & Homo,
non est à seipso; si aspicias ipsum*

Primum
flumen est
Phison, et
quod hauri-
mus gratiam
sanctificantem
A. G. 4. 11.

ne Deum, est à divino Patre suo, ab illo solo totam recipit divinitatem, & sine ipso esset nihil; si aspectus ipsum ut Hominem est à Sanctissima Matre sua, ab ipsa sola totam adorandam suam accipit Humanitatem, & absque illa non esset Homo. Jam ipse est uterque. Non sufficeret, si esset solummodo Deus, nec etiam, si esset dumtaxat Homo, ad hoc, ut extaret fluvius Phison, qui continet aquas pretiosiores auro potabili, id est, magnam gratiarum sanctificationum abundantiam: oportet ipsum esse Deum & Hominem simul: Non igitur Pater solus esse potest fons & origo pretiosi huius fluvij, nec sola Mater, quæ producat ipsum nobis è sinu suo, requiritur concursus utriusque oportet utrumque exhaurire se, suam dando substantiam, ad producendum nobis magnum hunc Fluvium. Pater producit ipsum quidem potentiùs, eòquod exhauriat in hoc Omnipotentiam suam infinitam, faciatque etiam descendere ipsum ex altissimis, sumjam existat ab instanti æternitatis. Sed Mater producit ipsum sensibilis, & modò magis proportionato nostræ infirmitati, eòquod reddat ipsum totum similem nobis; & ambo non constituunt nisi velut unum eundemque fontem, unde magnus hic fluvius suam desumat originem: *Fons ascendebat de terrâ, & irrigabat universam faciem terræ.* O Pater ado-

rande! quantum obstringimur tibi? O Mater admirabilis, quantum tibi quoque debemus? Pondera id parùm cum maturitate inter Deum & te, & invenies in eo veritatem tam suavem, tamque amabilem, ut totam occupat animam se considerantem.

Secundus fluvius appellabatur *Secundus Gehon*, id est, *exitus pectoris*, vel effusio cordis: An melius exprimi possit gratia divinæ Maternitatis? Postquam Filius Unigenitus exivit è pectore divini Patris sui, ingre-

Secundus fluvius vocatus Gehon, est gratia divinitatis.

sus est uterum Virgineum Sanctissimæ Matris suæ, ut egrederetur ex eo similis nobis, ut se nobis donaret, aperiret nobis cor suum, & haurire nos faceret ex hoc fonte vitæ divinæ omnes pretiosos thesauros æternitatis. Aspice magnum hunc fluvium gratiarum, qui primam suam habet originem in sinu divini Patris sui, & secundam suam scaturiginem in sinu Sanctissimæ Matris suæ, qui exinde se extendit super omnem faciem terræ, potissimum super totam Ecclesiam Christianam, quæ rectè nominari potest facies, eòquod mundi existat pulchritudo; *Irigabat omnem faciem terræ*: offert id aquas suas omnibus, clamans peramanter: si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Quicumque accenditur magna siti alicujus boni, quo satari & repleri possit. Veniat & bibat, quantum voluerit è magno hoc fluvio, inveniet ubique offerentem ipsum

sibi eandem aquam vitæ, quæ vivere facit in æternum Beatos in cælo.

Omnes
Christiani
bibunt e
fluvio Ge-
hon, quan-
do acce-
dunt sa-
cramentum
communi-
onem.

Quid aliud faciunt omnes Christiani, quando turmatim accedunt ad Sacram Communionem, nisi quod bibant ex hoc fluvio *Gehon*, ad extinguendum sitim suam in effusione cordis divini Patris, & divinæ Matris, nempe in CHRISTO JESU: Hic inveniunt, unde repleant omnia desideria sua in possessione ipsius Dei, qui in æternum replet illa Beatorum, id est, hic inveniunt & hauriunt consolationes solidas, quæ sunt universale remedium omnium miseriarum humanarum; hic locupletant se gratiâ & sanctitate, hauriendo illam ex ipso fonte, illaque replendo se juxta vasis, quod apportant, magnitudinem. Et nunquam magnus hic fluvius exaruit, & exarefecit nunquam usque ad finem mundi, nulli unquam suas negat aut negavit aquas; Bibit unus, bibunt mille, sicut paucolis mutatis canit Ecclesia in quodam Rhythmo de Venerabili Sacramento; quantum isti, tantum ille; id est, unicus solus, non minus habet, quàm mille, & mille non plus habent, quàm unicus solus; portentum est, videre unicam animam solam tantæ esse capacitatis, ut bibendo sit totum ac integrum fluvium, eòquod recipiat totum JESUM Christum; & millenas animas majoris quoque amplitudinis non esse, quàm opus

sit ad bibendum eundem totum & integrum fluvium, & postquam omnes integrum ac totum absorpserunt & deglutierunt ipsum, manere semper integrum, & irrigare semper aquis suis totam faciem terræ.

O Flumen aquæ vivæ! ô vive fons omnis felicitatis, temporalis & æternæ! Ex quo fonte dimanans, ad refrigerandum nos ita dulcore aquarum tuarum, ad restinguendum sitim nostram, nosque satiandum plenè ipsarum abundantia, sicut & plenè locupletandum nos possessione actuali & substantiali Dei ipsius? Quodnam tibi magno Flumini est Nomen? *Gehon* est, *exitus pectoris*, & stupenda effusio cordis. Sed unde exis? quæ tua est origo? è quo pectore egredieris, ut ita effundas te super nos? duæ mihi sunt origines, diceret tibi, è quibus dimano, & sine quibus non essem; Una est sinus æternus divini Patris mei, altera est sinus Virgineus MARIÆ divinæ Matris meæ. Si agnoscis, summam esse felicitatem tuam, quod me possideas, infinitas exsolve grates utrique huic fonti ac origini. Satis potatum est pro hac vice ex secundo hoc flumine.

Nomen tertij fluminis erat *Tygris*, quod significat *sigillatam volantem, vel telum pennatum*. Et hoc optimè declarat & exprimit gratias actuales, sanctas inspirationes Dei, gratias prævenientes & exci-

Tertium
flumen est
Tygris, &
genuerat
gratias ac-
tuales.

excitantes, quæ incessanter volant per totum orbem, velut sagittæ aut tela amoris, quæ tangunt, feriunt, & transfigunt corda, ut mori hæc faciant vitæ peccaminosæ, illaque convertant ad pœnitentiam: Hoc flumen gratiæ admirabile est, nobisque tam necessarium, ut sine ipso alia flumina nobis forent inutilia. Siquidem quâ ratione haurire possemus ex primo, quod Sacramenta sunt & exercitia virtutum; vel ex secundo, quod est JESUS Christus ipse, nisi excitaremur ad hoc per gratiam actualem? Oportet sagittam pulsare primum Cor, ad excitandum illud è sopore suo; oportet gratiam prævenientem & excitantem peramanter sollicitare animam, ut alliciat ipsam ad Deum, aliàs nunquam iret ad ipsum: Eheu! quoties hæc admonetur, & obedire renuit? Quoties prævenitur, & ipsa deses sequi negligit illicia & attractus Dei? Quoties pretiosæ aquarum hujus Fluvij Tygridis guttæ dilabuntur in terras steriles & ingratas, nec producant fructum aliquem? Et nihilominus magnus hic Fluvius non intermittit suas semper derivare aquas tam abundanter, ut nunquam exarescat: *Fons ascendebat de terrâ, & irrigabat omnem faciem terræ.* O Bonitas Dei ineffabilis! ô misericordia infinita, quæ nunquam aspernaris nostram ingratitude!

Inquire modò fontem, unde

tertium hoc flumen suam desumit originem, & invenies esse eandem, quæ duorum fuit aliorum. Verum quidem est, originaliter dimanare ex infinitâ bonitate Dei, quòd omnes gratiæ actuales conferantur nobis, sed sæpè fit per ministerium Angelorum has applicari nobis, & semper fit per intercessionem Sanctissimæ Virginis, has utiliter nobis impendi, abundanter nobis distribui. Admiror & revereor doctrinam Sancti Bernardini Senensis, devotissimi Sanctissimæ Virginis servi & clientis; quando is loquitur de potestate, quam possidet Sanctissima Virgo in gratias, quas recipimus, affirmat, quòd ex eò, quo portavit Verbum æternum in purissimo utero suo, ipsa certam quamdam habeat jurisdictionem in temporalem processione Spiritûs Sancti, id est, in visitationes, quas impendit animabus per gratias suas actuales, eò quòd procedat æternaliter à Filio, cujus ipsa est Mater; & desuper citat Sanctum Bernardum expressè dicentem: *Nulla gratia venit de cœlo in terram, nisi transeat per manus MARIÆ*: insuper & alium adducit testem auctoritatis maxime; & est Sanctus Hieronymus, qui dicit, quòd plenitudo gratiarum sit in JESU Christo, velut in capite, unde effluant & deriventur in nos; sic etiam in Sanctissimâ Virgine velut in collo, per quod transeant omnes, ut se dif-

§. Bernardinus serm. 1.
c. 8. sanctissima Virgo est fons, unde dimanant in nos omnes gratiæ actuales. §. Hieronymus serm. de Assumpt.

Genet. 7.

fundant è capite in omnes partes Corporis mystici JESU Christi, juxta hunc textum Sacri Epithalamij: *Collum tuum sicut turris eburnea*. Unde venit, dicit ipse, quòd ordo influxûs divinarum gratiarum sit talis, quòd imprimis ipsæ omnes effundantur è sinu Dei in benedictam animam JESU Christi. Et exin diffundantur omnes in Sanctissimam animam Virgineæ ipsius Matris; & posthac per ipsius ministerium toti distribuuntur Ecclesiæ.

Ex hoc sequentem deducit discursum non minùs pium, quàm doctum & solidum. Cum verum sit, inquit, quòd tota natura divina, totum esse Dei, ipsius potentia, ipsius sapientia, & ipsius voluntas inclusa fuerint in purissimo utero MARIE, dicere non vereor, ipsi certam quandam esse jurisdictionem in influxum omnium divinarum inspirationum, ipsamque esse velut Oceanum divinitatis, unde exeant omnes rivuli, & omnia flumina gratiarum, quarum portabat fontem in castissimo gremio suo. Et sanè jus quoddam naturale hoc est, quòd Materna sua dignitas promeruit ipsi, quòdque refunditur in gloriam Filij ipsius Unigeniti, qui Rex Regum est, & Dominus dominantium.

Invenio, prosequitur, in Rege nostro JESU Christo stupendas duas dignitates. 1. Ipse est Deus genitus à Deo Patre suo in æterni-

tate. 2. Ipse producit Spiritum Sanctum cum Patre in æternitates, & transit in uterum Matris suæ, abs eo, quòd quidquam suarum perdat Excellentiarum. Ipse igitur hic (id est, in utero Matris suæ) genitus est à Patre suo, velut in æternitate; Ipse hic etiam producit Spiritum Sanctum cum Patre suo velut in æternitate. Ex hoc principio certissimo stupendam hanc trahit consequentiam: *Idè omnia dona, virtutes & gratia ipsius Spiritus Sancti, quibus vult, quando vult, quomodo vult, & quantum vult, per manus ipsius* (nempe Sanctissimæ Virginis) *administrantur*. Ecce igitur admirabilem fontem, qui nobis è sinu suo deducit Fluvium Tygrim tantâ cum abundantia, ut irriget totam faciem terræ: Laya te, immitte te, submerge te in tercio hoc flumine; Interim dicendum est tibi adhuc aliquid de quarto.

Hoc flumen appellabatur *Euphrates*, id est, *fructuosus*, vel abundans fructibus, & hoc locupletatum est omni abundantia fructuum tum temporis, tum æternitatis; huic flumini annexa & alligata sunt merita omnium bonorum operum, veluti sunt labores Apostolorum, tormenta Martyrum, orationes contemplantium, rigores & austeritates Confessorum, eleemosynæ divitum, patientia pauperum, & denique omnes fructus virtutum, quæ exercentur in totâ

Potentia admirabilis Sanctissimæ Virginis super omnia dona Spiritus Sancti.

Quartus fluvius est Euphrates, id est, fructuosus.

totâ Ecclesiâ. Quando Abraham & Loth nepos ipsius, diviserunt se ab invicem, Patruus ex bonitate suâ electionem reliquit nepoti suo. Hic longè latè que suos emittens oculos versùs regionem Jordanis, invenit ipsam adeò jucundam, ut summè placuerit ipsi videns irrigari illam copiosis aquis, quibus reddebatur fertilis & amœna velut alter paradysus terrestris: *Elevatis oculis vidit omnem circa regionem Jordanis, que universa irrigabatur, sicut paradysus Domini.* Attolle oculos tuos, illòsque emitte in omnem Sanctæ Ecclesiæ regionem, videbis illam ubivis irrigatam abundantibus gratiarum aquis, quibus fœcunda reddatur fructibus æternitatis; de quâ rectè diceret: Ecce tibi hortum Domini; Ecce tibi paradysum mundi. Sed alius te leva oculos, illòsque in cœlestem attolle Paradysum, videbis illic innumeram multitudinem eorum, qui coluerunt honeste fructus terræ, cumque illos tan-

dem messuerint, fruuntur jam æternâ illorum possessione in vitâ beatâ, ubi tot refulgent coronis, quot abundaverint hic operibus bonis. Hem! unde enascuntur omnes hi fructus? Euphrates produxit illos omnes. O flumen abundans! ô flumen jucundam, quod recolligere nos facis fructus omnium aliorum fluminum! E quo exoreris fonte, quòd tantis nos locupletes divitijs? diceret tibi: alius mihi non est fons, nisi ille aliorum trium fluminum; nescimus omnes ex fonte eodem Virginis uteri Sanctissimæ Matris Dei. Fons ascendebat de terrâ, & inde dividitur in quatuor capita. Ecce quomodo omnia habeamus in illâ & per illam. Non immeritò ergò dixi vobis ab initio, quòd Deus, cum fecerit illam centrum omnium beneficiorum suorum, illam etiam fecerit fontem omnis felicitatis nostræ: Quæ senta, quos affectus inde debeamus elicere, videamus.

ARGUMENTUM.

Deus volens Sanctissimam Virginem esse centrum suorum beneficiorum, & nostræ fontem felicitatis, vult quoque ipsam esse nostrum refugium, & singularem nostram spem ac fiduciam.

ARTICULUS IV.

Cum nunquam desideria nostra magis sint conformia sequitati, quàm quando conformia sunt consilijs Dei, non timeamus, dilapsuros nos in excessum, vel amando Sanctissimam Vir-

Virginem plùs quàm debeamus, vel honorando ipsam, plùs quàm mereatur, vel serviendo ipsi majori cum fervore, quàm velit Deus. Non angamur scrupulo, quòd nimium faciamus; quiddid facere poterimus, semper minus erit, quàm debeamus; Quis amare potest ipsam, quantum amavit JESUS CHRISTUS? amavit enim is illam magis, quàm totam suam simul Ecclesiam, id affirmante Sancto Anselmo. Quis honorare ipsam magis potest, quàm honoraverit is ipsam? Elegit eam in propriam Matrem suam, & profectus est ipsam omnibus obsequijs, quibus fidelissimus Filius profectus potest excellentissimam Matrem: Ubi est, qui majori cum humilitate aut fidelitate servire ipsi possit, quàm servierit ipsemet is ipsi? Nòane propterea per triginta omnino annos vitæ suæ, semper adhærere illi maximâ cum submissione voluit? Et erat subditus illis: Et nòne putas, hunc ipsi placitum magis, qui propius accesserit ad affectus amoris, reverentiæ & fervoris, quibus ipsemet in sanctissimam suam ferebatur Matrem? Non timeamus igitur, nos excessuros; adnitamur potius imitari JESUM CHRISTUM, quantum poterimus, in amore, in veneratione, in famulatu ipsius.

Objectiones occultorum ini-

Id equidem etiam sentiebam, sed quia legeram haud ita pridem certum quemdam libellum contra

hunc honorem Sanctissimæ Virginis famulatum, cujus abhorrebam malitiam: simulabam tamen, quasi ipsius opinionioni adhærerem, & audacter dicebam ipsi: Eja quæso, mi Domine, ne sic appropera, nec eò usque intromitte te; cave, ne totam incurras indiscretè devoti, tanto prosequens honore Sanctam Virginem: Ipsa non est Salvator noster, nec nostræ causæ salutis: JESUS CHRISTUS solus pretiosissimo sanguine suo nos redemit; non ingredimur per ipsam in cælum: JESUS CHRISTUS dicit nobis: *Ego sum osium*; per ipsam ingrediendum est, & ipse solus sufficit; ad quid ergò tantum confugere ad MARIAM? An deseramus fontem aquæ vivæ, ut fodiamus nobis cisternas, quæ continere non valent aquas? JESUS CHRISTUS non dicit: Venite ad Matrem meam: sed dicit: Venite ad me, & ego vos reficiam; non ipsa dat gratiam, sed hanc accipit; Non igitur ab ipsa hæc, sed ab eo, à quo hanc accipit, postulanda est. Denique ipsa non est Deus, non est ipsa Reparatrix mundi, non debemus ipsi felicitatem nostram, sed Filio ipsius Unigenito; ipsa vindicare sibi non vult, quod debitum est Deo; Cavendum igitur nobis est, ne tantos ipsi impendamus honores; abhorret enim sibi impendi illos, qui sibi non debentur.

Quid inquis, respondit mihi Viator meus, totus attonitus ad propo-

S. Anselmus, lib. de Excellent. Virg. c. 4.

Excedere non possumus in amanda & honoranda Sanctissima Virgine.

propositiones meas? Dum ita loquentem te audio, te magis evoluisse credo libros Hæreticorum, quàm illos Sanctorum Patrum: unde enim tam indigna, quæ promissis, depromeres sensa, nisi haussisses illa vel ex libris, vel ex colloquijs hæreticorum? an unicum solum è Sanctis Patribus hæc ratione audisti loquentem. Quis tibi dixit, Sanctissimam Virginem non esse causam nostræ salutis? An Sanctus Irenæus? Verùm nonne hic salutem & honorat ipsam, velut causam salutis totius generis humani: *MARIA universo generi humano causa facta est salutis*. Constat quidem, eum dicere non vellem, quòd ipsa hujus sic causa primaria & principalis, cum hæc gloria non congruat nisi soli JESU Christo; sed dicere vult, ipsam hujus causam esse secundariam & instrumentalem, quòd recipiens influxus causa primariæ, illos effundat super universum genus humanum.

Admiranda sensa Sanctorum Patrum de Sanctissima Virgine. S. August. serm. 18. de temp. Quis tibi dixit, nos per ipsam non intrare in cælum, operari nos posse salutem nostram absque illâ, nobis opus non esse toties confugere ad ipsam? Estne hæc mens Sancti Augustini, cujus auctoritas summa est in totâ Ecclesiâ. Lege sermonem ipsius decimum octavum, & videbis, quòd nuacupet ipsam, *portam cæli, scalam cælestem, per quam Deus descendit in terram, ut homines ascendere* R. P. Isaac. Consultat. Tom. III.

mereantur in cælum. Perpende bene, quid sentiat ipse de maximâ obligatione, quâ tenemur Matri Dei, eò quòd tam efficaciter cooperata sit ad nostram salutem; dum affirmat, quòd ipsius humilitas dederit vitam mortalibus, renovaverit cælos, purificaverit mundum, aperuerit paradysum, & liberaverit ab inferno animas hominum; An hoc inferat, quòd nihil contulerit ipsa ad nostram salutem, nobisque opus non sit tam instantanter confugere ad ipsam?

A quo didicisti, non esse ipsam, quæ conferat gratias? si dicere velis, ipsam non esse illarum auctorem & causam primariam, consentio: verùm si arguas illam has non dare, eò quòd ipsamet receperit illas à Deo, malè concludis: an dicas, tibi pelvim non dare aquas, eò quòd receperit eas à fonte? imò potius non recipit eas à fonte, nisi ut postquam ipsamet impleta fuerit, tibi det illas? An consulisti desuper aliquem Sanctorum Patrum? si legisses insignem illam orationem, quam Sanctus Germanus Patriarcha Constantinopolitanus concinnavit de Zoenâ Virginis, invenisses ibi verba tam plena dulcere & unctione Spiritûs Sancti, quæ summâ legentes delinunt voluptate: alloquitur is Sanctissimam Virginem, ipsique dicit: *Nemo liberatur nisi per te, ô purissima! nemo accipit gratiam nisi per te, ô castissima! ne-*

Sanctissima Virgo accipit gratiam, ut illam nobis donec

S. Germanus orat. de Zonâ Dei-parz.

mo obtinet salutem, nisi per te, o pudicissima! An hic Pater tuæ opinionis erat, quod Sanctissima Virgo nullam det gratiam?

S. Cyrillus
hom. in
Concil.
Episcop.

Quis dixit tibi, ipsam non esse reparatricem mundi, ipsamque honorari non velle hâc ratione, & sub hoc titulo? si legisses homiliam, quam fecit olim Sanctus Cyrillus, coram celeberrimo confesso plurimorum Episcoporum, auscultasses salutari ipsam ab eo verbis tantâ plenâ reverentiâ simul ac Majestate, ut proficisci non possent nisi ex corde amore erga ipsam plenissimo, & ex animo, zelo gloriæ ipsius plurimum accenso: *Salve Virgo*, inquit illi, *per quam Sancta Trinitas in universo mundo glorificatur; per quam cælum exultat; per quam universa creatura ad veritatis cognitionem deducta est; per quam gentes adducuntur ad poenitentiam; per quam Apostoli salutem gentibus predicaverunt.* An melius exprimere nobis potuisset opinionem suam? Dicere per hoc voluit, quod Sanctissima Virgo verè esset Reparatrix totius mundi, incipiens ab honore, quo illustrari facit Sanctissimam Trinitatem, usque ad salutem, quam obtinet miseris infidelibus: An credamus, displicuisse ipsam Sanctissimæ Virgini, dum insignivit ipsam omnibus hisce gloriosius Encomijs?

Plures ob-
jectiones

Pruriebat animus Viatori nostro, citandi adhuc longam seriem

Sanctorum Patrum, ut caruisse-
mus sine, nisi interpellassem ip-
sum. Verum est, aiebam illi, om-
nia volumina Sanctorum Patrum
referta esse Elogijs Sanctissimæ Vir-
ginis; & credo etiam, legisse me
in illis talia, quæ magis adhuc vi-
dentur inusitata illis, quæ attuli-
sti; verum hoc sit urgente ipso-
rum zelo, non ausim dicere india-
screto, dicam, procul dubio pau-
lisper excessivo; locuti enim non
sunt nisi hyperbolicè; & tituli
tam magnifici, quibus ipsam con-
decorate nituntur, non sunt nisi
vana blandimenta, quæ Sanctissi-
mæ Virgini placere non possunt,
cum ipsa sit humillima, & velis
laudem sibi exhibitam simplicem
esse & moderatam. Non amat ip-
sa titulos tam splendidos atque
pomposos, nec delectatur vanis hi-
sce & excessivis blandimentis, quæ
sapiunt hyperbolem.

Vix finieram, videbam Raphë-
lem meum, qui assuetus non erat
auscultare carentem me hoc mo-
dulo, hârore veluti profus atto-
nitum: aspiciebat me oculo immiti-
ti & paulisper severo: Bene video,
inquit, te non effari propria tua
sentia, & valde metuo, ne legeris
libellum quemdam diffamatorum
contra honorem Sanctissimæ Vir-
ginis evulgatum, & contra reve-
rentiam, quam debemus Sanctis
Patribus, quos tu arguis velut Hi-
perbolicos, malletem fermè dicere,
velut mendaces, cum hyperbole
-sz.

adversatio-
rum San-
ctissimæ
Virginis

Relig.
foli-
veru

sæpius non sit, nisi mendax quædam Exaggeratio.

Falsus sum ipsi, detestari me in corde meo id, quod ore pronuntiabam, meque propterea nullam pati conscientiæ redargutionem: Credo imitari me paulisper in hoc Dominum nostrum JESUM Christum, qui voluntariè ornavit se peccato alterius, ut responderet pro eo, & ipsemet illius in personâ suâ portaret supplicium; pergo adducere tibi pessima sensa alterius, quasi essent mea, ut afficias tu me opprobrio & confusione condemnando illa, & acriter meos arguendo errores. Ne parcas mihi.

Responsum
solidum &
verum.

Nonne verum est, Sanctos Patres plenos esse hyperbolicis locutionibus, dum verba faciunt de Sanctissima Virgine, & ideo magni æstimanda non esse ea, quæ vel dixerunt, vel scripserunt de illâ? Non, respondit mihi, in nullo excefferunt, sed potiùs omnes minùs adhuc dixerunt, quàm dicere debuissent. Ultra progredior, & ampliùs quid dico; nec ipsos, nec quemvis alium dilabi posse in excessum, quando est quæstio de extollendis magnificentijs Sanctissimæ Virginis: Ratio est, quod certissimum sit, ipsos laudare nunquam velle in illâ, quod habet ex semetipsâ; hoc enim esset laudare nihilum, cum ipsa pura sit creatura, quàm traxit Deus è nihilo non minùs, quàm omnes alias;

non ergò laudant ipsi in illâ, nisi admiranda omninò dona, quæ accepit à Deo, & ideo omnes laudes, quas tribuunt ipsi, refunduntur in Deum veluti in suum principium; & quantò majores hæ fuerint, tantùm abest, ipsas injurias esse Deo, ut potiùs ipsius adaugeant honorem; sicut si aliquis princeps sublimaret aliquem ex suis amicis, quantò magis laudarentur divitiæ & honores, quibus affecit ipsum tantò magis illustraretur gloria & magnificentia Principis, qui hæc ratione suum exaltavit dilectum:

Excessus devotionis, reposui ipsi, desleçtit facillè in superstitionem; metuendum est, ne magna hæc elogia, quæ incessanter & ubique tribuuntur Sanctissimæ Virgini, deducant populos in plures errores, illòsque successivè præcipites agant in idololatriam; magis enim confugiunt ad ipsam, quàm ad Deum, sæpiùs precantur ipsam, quàm Deum, & majorem collocant fiduciam in ipsam, quàm in Deum, & JESUM Christum: Nonne timendum sit, illos tandem credituros ipsam majorem Deo, vel Deo saltem æqualem, quod abominanda foret idololatria? Ne metuas hoc, respondit mihi; non ampliùs reperire est temporibus nostris, Colliridianos in mundo, qui credant Sanctissimam Virginem alterum esse Deum, sicut hi hæretici vj professionis suæ credebant;

Nemo ita excedit in devotione erga Sanctissimam Virginem, ut credat ipsam esse Deum.

ex omnibus hæreticis, qui affixerunt Ecclesiam, his nulli citius evanescere. Erat devotio nimis quam ruditer effabricata, effingere falsam velle nobis Deum, id est, imaginariam pro verâ Matre Dei; simplicissimi quique non sinebant in hoc se decipi; nemo est modò, qui nesciat, Sanctissimam Virginem non minùs esse creaturam ex naturâ, quam omnes alias, sed magis arctè unitam esse Deo per gratiam, quam cæteras omnes.

Eccur ergò, dicebam ipsi, magis confugiatur ad ipsam, quam ad Deum? Nonne hic abusus est? Eccur plures dirigantur ad ipsam orationes, quam ad Deum? Nonne hæc quædam est superstitio? Eccur plùs collocetur fiduciæ in ipsâ, ac spei de obtinendâ salute suâ, quam in JESU CHRISTO ipso? Nonne hoc est impium? Sanè, respondet mihi, si confugere ad ipsam, velut ad Deum, non solum foret abusus confugere magis ad ipsam, quam ad Deum, sed crimen foret abominandum, semel tantùm in totâ vitâ suâ sic confugisse ad ipsam: Vel si eadem ad ipsam dirigerentur preces, quæ diriguntur ad Deum, non solum foret superstitio precari ipsam, plùs quam Deum, sed ingens foret scelus, semel tantùm in vitâ suâ ita precari ipsam: vel tandem si collocaretur in ipsâ spes ac fiducia, eâ ratione, quâ collocatur in JESU CHRISTO non solum foret error,

confidere plùs in illâ, quam in JESU CHRISTO, sed execranda foret blasphemia, vel levissimam in illâ collocare suæ spem salutis. Verùm infinitum discrimen est inter modum, quo agitur cum Deo, & modum, quo agitur cum Virgine Sanctissimâ. In quo ergò consistit hic modus? interrogavi ipsum. Ecce eum tibi, reposuit Viator noster.

Confugio ad Deum, velut ad Creatorem meum, ad Salvatorem meum, & ad Judicem meum; hæc ratione neutiquam confugio ad Sanctissimam Virginem; Confugio ad ipsam velut ad Dilectam Creatoris mei, ut quæ magnâ poleat apud ipsum potestate; confugio ad ipsam, velut ad Matrem Salvatoris mei, cui is nihil denegare possit; confugio ad ipsam velut ad potentissimam Advocatam apud Judicem meum, ut quæ sedate & mitigare valeat ipsius iracundiam, quam peccatis meis non immeritò irritavi contra me: An mirum sit, si agnoscentes indignitatem nostram comparendi coram Majestate Creatoris nostri, coram auctoritate Salvatoris nostri, coram severitate nostri Judicis, recurramus ad illam, quam novimus ipsi tam esse acceptam? An argui possumus vel superstitionis, vel erroris, si potius ad ipsam, quam ad ipsum confugiamus, eò quòd semper ultimato recurramus ad ipsum per ipsius intercessionem?

Idem dico de precibus & confiden-

Confugi-
tus ad De-
um & San-
ctissimam
Virginem
modo val-
de distat

Quin di-
plicem
Deo, si-
pius or-
possem
Sanctissi-
Virgine
quam ip-
sum.

fidentiâ; si precarer Sanctissimam Virginem, sicut precor Deum, committerem idololatriam: verum & hic infinita intercedit differentia; precor Deum, ut ignoscat mihi peccata mea; precor Sanctissimam Virginem, ut illorum mihi impetret indulgentiam: Precor Deum, ut concedat mihi gratiam consequendi salutem meam; precor Sanctissimam Virginem, ut mihi hanc gratiam à Deo obtineat, & salutem meam procuret. An argui merear, si sine intermissione ad ipsam, confugiam cujus auctoritate confido obtinere omnia à Deo, pluresque ad ipsam dirigam preces, quam ad Deum ipsum? Nonne sollicitatus indies ipsos, qui nobis ferre opem possunt, pro favore suo, quo pollent apud Principem, ipsosque precamur sæpius, quam Principem ipsum? An hujus propterea incurrimus offensam? Non, quia novit se semper esse, quem mediante suo precamur dilecto.

Et quod spectat ad fiduciam & spem salutis, eadem statuenda tibi est differentia inter illam, quam habemus erga Deum, & eam, quam habemus erga Sanctissimam Virginem; diversissima enim utramque afficit natura; & videbis, abesse tantum, quod injuria fiat Deo, si quis omnem suam ponat confidentiam, maximam suam spem in intercessione Sanctissimæ Virginis, ut potius hoc sit ipsi præstare obse-

quium, ipsi fidelissimum exhibere homagium, eoque hoc proficiatur ex profundissimâ reverentiâ, quâ divinam ipsius Majestatem prosequimur, & ex cognitione indignitatis nostræ, quæ cum diffidat obtinere se posse ab ipso, quod novit se non mereri, potentem inquirat Mediaticam, quæ suam suppleat infirmitatem ac impotentiam. Probè novi gratias esse in manu Principis, hasque ab ipso postulandas esse; sed quia non habeo tantam spem, tantamque confidentiam ipsemet obtinendi illas, recurro ad ipsius amicum, ad eum, qui majori valet apud ipsum gratiâ, & summam concipio fiduciam, ipso intercedente, obtinendi illas; ipse efficiet plus verbo unico, quam ego pluribus simplicibus libellis.

Comprehendes utique jam bene, & approbabis sensa & affectus Sanctorum Patrum: illum Sancti Bernardi loquentis ad Religiosos suos de Sanctissima Virgine; *Filii, hæc mea maxima fiducia, hæc tota ratio spei meæ*; per quod vult dicere: tota mea spes quasi innititur illi, & potenti ipsius intercessioni; Et Sancti Anselmi dicentis: *Nonnunquam velocior est salus invocato Nomine MARIE, quam invocato Nomine JESU.* Non vult ipse per hoc Matrem præferre Filio, nec etiam inter illos instituire comparisonem, quod culpâ non careret; sed tantum vult di-

Ooo ; cere,

Quare magis confidamus, recurrendo ad Sanctissimam Virginem, quam recurrendo ad Deum.

S. Bernardus serm. 98. in Cant.

S. Anselmus lib. de Excell. Virg. c. 6.

Quin duplicem Deo, sæpius orare possimus Sanctissimam Virginem, quam ipsum.

cere, quòd citius obtineatur à Deo, quod ab ipso petitur per Intercessionem Sanctissimæ Virginis, quàm si petitum fuisset ab ipso absque hujus Intercessionis subsidio.

Excusa, quantum volueris, omnes has agendi rationes, sed post omnia, interrogavi ipsum, an in discretionis non arguas aliquos devotos, qui amore magis tenero, magisque sensibili Sanctissimam Virginem amant, quàm Deum ipsum? Procul dubio, respondit mihi, non arguo ipsos, nec arguere possum: Amor tener & sensibilis non est perfectus amor, nec est ille, quem requirit à nobis Deus in magno præcepto Legis suæ; præcipit ipse & vult amorem spirituales, supernaturalem, & supremum super omnes affectus & sensa naturæ; & perfectus hic amor nec sensibilis est, nec tener, sed fortis est, stabilis atque firmus; sensibilitas & teneritudo, quam certæ animæ experiuntur erga Sanctissimam Virginem, non infert, quòd ipsam magis ament Deo, sed potius ostendit infirmitatem, quàm perfectionem amoris, eòquòd manifestet adesse hic aliquid humanum & naturale, ipsùmque non purè esse divinum. Appellatur sexus scæmineus, sexus devotus, eòquòd scæminæ magis sint teneræ, magisque sensibiles, quàm viri, in devotionibus suis; sed hoc non innuit, quòd majori effervescent amore erga Deum, quàm viri, qui

carent hâc teneritudine, hâcque sensibilitate.

Sanctus Bernardus admiratur in hoc bonitatem Dei, qui, cum videret, naturam nostram non inclinari à se ipsa, nisi ad amandum sensibiliter, voluit per admittendam benignitatem eòusque se demittere, ut fieri sensibilis Homo dignaretur, similis nobis, quatenus conferret nobis medium amandi se sensibiliter simul & divinè; sicque amor noster contentaret ipsum, nosque consolaretur: Contentaret ipsum, quia divinus est, nos consolaretur, quia sensibilis est; & bonitas ipsius tanta est, ut esse voluerit parvus Infans, & abundare in hoc statu; tam suavibus illecebris ut ipsas emollirent & flecterent Petras: Super omnia habere voluit Matrem creaturarum omnium amabilissimam; ut ex utraque parte nobis esset, unde jucundè nutrireremus amorem sensibilem & divinum: Sensibilem, eòquòd Mater & Filius sint gratissima, quæ sensibus proponi possunt, objecta; & divinum, eòquòd horum objectorum unum sit Deus, & alterum divina ipsius sit Mater. Quot invenire est, quibus scateat cor amore hoc sensibili? Quot scæminæ & Virgines devotæ sunt erga Infantem JESUM, quem amant amore valde sensibili? Quot aliz plurimùm sensibili erga Virginem Matrem feruntur devotione? An argui & reprehendi possit amor

Potest enim
ri JESU
Christus &
s. ed. illa
ipsius Mater
sensibiliter
& divinè.

hic

hic sensibilis & divinus? Procul dubio non; eoque Deus ipse hunc impertiatur, exhibendo se nobis in statu, in quo divinè & sensibilibus amari possit. Sed cavendum est, ne sensibilis magis sit, quàm divinus, nec sibi persuadeant animæ, se majorem habere Sanctitatem, vel perfectiorem amorem Dei, quàm aliz, eoque plùs habeant teneritudinis, plùs sensibilitatis.

Tantam hauriebam voluptatem ex verbis Viatoris nostri, ut obvisceret proponere ipsi unam maximarum indiscretionum, quas reprehendi audiveram in devotione erga Sanctissimam Virginem. Sepositis his omnibus, dicebam ipsi, immeritò tribuuntur ipsi tam insignia tamque magna eogia; non oblectatur ipsa excessivarum harum laudum divulgatione, cum glossis & interpretationibus, quibus inutiliter excusantur: Non aucupatur ipsa pomposos hosce titulos, nec vana hæc blandimenta; non nisi simplicem ac moderatam sibi dici vult laudem, quæ nihil contineat, quòd excessivam sit & hyperbolicum. Optima cogitatio, inquit mihi, omnis generis excessus reprehensibiles sunt, in quacunque materiâ inveniantur, eoque vitio careant nunquam. Si committitur excessus in laudibus, quibus exornatur Sanctissima Virgo, reprehendendus est, & prælaudendus: Et si per impossibile

excessus committi posset in nimio cultu, quo afficitur Deus, esset moderandus, aliàs non posset ipsi esse acceptus. Verùm excessus metuendus est nullus in laudibus Sanctissimæ Virginis, eoque certum sit, nos nunquam exhibere illi posse minimam earum partem, quam meretur. Insuper dicis, quòd, cum ipsa sit humillima creaturarum, non aucupetur eogia hæc pomposa, quæ non sint nisi vana blandimenta; quòdque amet laudem, quæ simplex sit & moderata. O quàm præclaram modestiæ regulam, quâ rescindantur excessus!

Cavendum igitur erit, ne non minetur Mater Dei, cum hic titulus sit omnium, quibus condecorari potest, pomposissimus & splendidissimus: Dicendum ergò tantummodò erit, quòd sit humilis ancilla Domini: Ecce laudem simplicem & moderatam. Non amplius nuncupanda erit Regina, Sanctorum omnium; hic titulus nimium quantum est magnificus; asserendum duntaxat erit, quòd mereatur accenseri catalogo Sanctorum: Ecce tibi laudem simplicem & moderatam. Non amplius præsumendum erit, ut dicatur, ipsam esse gratiâ plenam, ipsamque solam tantum illius accepisse, ut sufficeret ad procurandam salutem omnium hominum, uti Sanctus s. Thom. Thomas dicere est ausus, hic illorum titulorum est unus, qui blandimen-

Excedi non potest in laudibus Sanctissimæ Virginis.

Responsa, quæ confundunt adversarios Sanctissimæ Virginis.

Opusc. 11.

dimentum sapit & hyperbolem : affirmandum tantummodo erit, ipsam satis habuisses gratiæ, ut suam procuraret salutem ac beatitudinem : Ecce tibi laudem simplicem ac moderatam : Omnia, quæ ipsi tribui possent elogia, habentia quidquam Eminentæ super alias mulieres, forent tituli nimium pomposi, quibus ipsius offendarum humilitas. Hoc idem omnino est dicere, quod dicunt hæretici, nihil occurrere discriminis inter Sanctissimam Virginem & feminas cæteras.

Abominanda consequentia, quæ deducuntur ex opinione adversariorum Sanctissimæ Virginis.

Prosequere & deduc ulterius discursum tuum, pergit Viator noster, & dicit, quod veræ humilitati non sufficiat evitare magna laudum Encomia, sed quod ipsa met inquirat & amplectatur contemptus, quodque tanto perfectior sit humilitas, quanto magis ambit opprobria, despiciatur & injurias : Et quia humilitas Sanctissimæ Virginis perfectissima est quæ unquam fuerit in purâ aliquâ creaturâ, onera ipsam cunctis blasphemijs, & quibusvis injurijs atrocissimis, ut ipsi te magis acceptum exhibeas, respondendo perfecte votis ipsius humilitatis : Dic quod impij plures hæretici, ipsam fuisse peccatricem, & damnationi obnoxiam : Dic quod detestandus Spagenbergius, ipsam commisisse crimen, quod ulturus sit Deus supplicio æterno : vel dic cum infami Atenio, ipsam promeruisse

damnationem æternam : Ecce quæ ratione futurus non sis è devotorum illorum indiscretorum numero, qui attribunt ipsi titulos nimium pomposos, qui non sint nisi vana blandimenta ; & evadens per hoc in bonum & verè devotum Sanctissimæ Virginis clientem.

Ita extendere poteris devotionem tuam ad reliquos Sanctos ; hinc quia & hi humillimi sunt, cavendum tibi omnino erit, ne attribuas illis aliquam laudem, quæ ipsorum offendarum humilitas, sed potius, ut huic satis facias, onerare te illos oportebit pluribus injurijs ac opprobrijs. Accede tandem ipsum JESUM CHRISTUM, de quo certum est, quod ipsius humilitas absque comparatione major fuerit humilitate omnium Sanctorum, & etiam illâ Sanctissimæ Virginis : inquirendi igitur erunt pro ipso majores adhuc contemptus, majores adhuc opprobria, ut huic tantæ satisfacias humilitati. O Deus ! quàm consequentias abominandas trahunt post se falsa hæreticorum principia !

Quid reponerem ad hoc, non habebam, probè videns discursum Viatoris nostri æquum esse, verissimum & irrefragabilem : hinc nō lens in hærete ulterius tam impio Contradictionis genio, rogavi ipsum, ut stabiliret & confirmaret in animo meo reverentiam & veram devotionem, quam fovere debeam,

debeam, erga Virginem Sanctissimam: Promisit mihi, sed id facturum in proximâ Consultatione nostrâ: Sed quod hæc ultima

futura esset, quàm ad longum tempus inter nos poterimus habere: Et sequens fuit.

* * *

CONSULTATIO XV.

Portus Salutis certus, ubi ostenditur, quòd anima verè Virgini devota quasi certa sit de Salute sua.



Observavimus, valdè à longinquo accelerare quempiam ad nos gradum, qui non obscure demonstrabat vehementem conveniendi nos desiderium, ob vim, quam inferebat molli ac ponderi suo naturali: nescivimus primò, quisnam esset; nihilominus viciniorem nobis factum agnovimus, esse bonum illum virum Sanctissimæ Virgini devotum, quem paucis abhinc diebus defendimus contra eos, qui ipsius illudebant devotioni: Summè urgebat incessum, vixque coram nobis aderat, inquietudine ejus superante ipsius civilitatem, cujus non admodum expertus erat, quin otium sibi sumeret nos salutandi, incepit tremulâ nobis dicere voce.

Hem! quæso succurrite mihi, ferte mihi opem, totus sum extrame, perditus sum, nisi me adjuvetis: animus charitativi nostri Via-

R. P. Isaac Consultus, Tom. III.

toris mox tangebatur compassione; unde peramanter eum complexans interrogat ipsum: Quid tibi est, mi Pater? noli affligi; Ecce patatos nos, ut consolemur te: Tantò percussus sum terrore, respondit Senex, ut parum absit, quin moriar. Hem! Unde ergò venis? Replicuit illi Viator: Nescio, reponit bonus Vir; credo me fuisse in inferno. Hoc manè precabar Deum & Sanctissimam Virginem, cum præter morem aliquantò citiùs surrexissem; nescio an dormierim, an animo defecerim, credo tamen me non dormissem; habebam bonas cogitationes de Sanctissima Virgine, & flagrabam desiderio, ut omnes honorent ipsam. Et ecce videbar mihi illicò (ò bone Deus, pavore emorior, dum recogito!) videbar mihi cecidisse in abyssum quandam, ubi nihil videbatur; audiebam quidem strepitum, at neminem videbam; descendebam ad-

Visio horribilis circa inimicos Sanctissimæ Virginis.

P p p

huc